Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Et percussit inimicos suos in posteriora · opprobrium sempiternum dedit illis ⁊

Reprobatio iudaeorum atque hereticorum et electio narratur scae ecclesiae ⁊ loseph interpretatur augmentum · quod hic inconrarium accipiendum est · quia constat esse repudiatum ⁊ Effrem frugifer siue ubertas ⁊

Et reppulit tabernaculum ioseph · & tribum effrem non elegit ⁊

Sed elegit tribum iuda · montem sion quem dilexit ⁊

Et edificauit sicut unicornium sanctificum suum · in terra quam fundauit in saecula ⁊

Unicornus singularis potentia · unicam xpi ecclesiam quam fundauit in saeculo significat ⁊

Et elegit dauid seruum suum · & sustulit eum de gregibus ouium · de post foetantes accepit eum ⁊

Possumus per iacob intellegere populum xpianum · quibus degit interris ⁊ hereditatem uero israhel · futurum congregationem · quae dni contemplatione pascenda est ⁊

Pascere iacob seruum suum · & israhel hereditatem suam ⁊

Et pauit eos in innocentia cordis sui · & in intellectibus manuum suarum deduxit eos ⁊

Asaph synagogam significat ⁊ est ergo totus iste psalmus in lamentatione positus · qui futura tempora uelut praeterita deplorat ⁊

PSALMUS ASAPH ⁊

Percussi allofili in posteriora · ut etiam uiui asinicibus execrabili sordo roderentur · qd opprobrium permanet eis sempiternum ⁊ Sic peccatores percutit · quando eis sua debita non relinquit · et quasi asinis consumunt · dum eos diaboli cohors inimica uallauerit ⁊

Iuda interpretatur confitens · siue glorificans ⁊ illum merito diligit · quae et confessione fuit humilis · et conuersatione laudabilis ⁊ Mons significat scam ecclesiam ⁊

David qui interpretatur manu fortis siue desiderabilis · significat xpm ex populo iudaeorum · uelut de gregibus ouium assumptum · atque translatum · ad populum pascendum ecclesiae ⁊

Pauit enim praeceptor egregius quos docere dignatus est · sicut ipse dixit ⁊ non in solo pane uiuit homo ⁊ Intellectu uero manuum · actualem significat sanctam · ad quam fideles suos prout ipse tribuit · gloriosa imitatione perduxit ⁊